



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 73. Quænam circa provisionem Beneficiorum sit potestas Cardinalium, Legati Apostolici, Episcopi, Vicarii generalis, Capituli ejusque Vicarii; item Monasteriorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

faveret, re ipsa careret titulo, quem alter litigans ei dare non potest. Quòd si interveniat auctoritas Superioris, potentis dare titulum, non videtur illicitum adhibere sortes, nam licet in quibusdam electionibus ecclesiasticis interdicatorum earum usus, nulla tamen hic est electio; nec beneficium recipitur ex vi sortis, sed ex vi juris prætensi, sortibus tantum remouentibus obicem, *Gl. Abb. Suar.* n. 14. *Rayn.* suprà. Quid fieri possit, si partes nec velint compositionem nec sortes, & sit rationum æqualitas, dicitur n. 1495.

559 Q. 73. *Quenam circa provisionem beneficiorum sit potestas Cardinalium, Legati Apostolici, Episcopi, Vicarii generalis, Capituli eiusque Vicarii; item Monasteriorum.* R. Videri potest *Leur.* p. 2., de Cardinalibus, q. 639. & seqq. De Legato Apostolico, q. 649. & seqq. de Episcopo, q. 664. & seqq. De Vicario Episcopi, q. 681. & seqq. De Capitulo, sede tam vacante quàm plena, & de ejus Vicario, q. 696. & seqq. De Monasteriis, Abbatibus, Abbatissis &c., q. 718. & seqq. Diximus etiam aliqua circa Episcopum, n. 369. & 489. Circa Vicarium generalem, n. 250. Circa Capitulum Sede vacante dicemus n. 601.

Q. 74. *Quid notandum sit circa devolutionem beneficii.* R. Seqq.

560 §. I. Devolutio, est juris ad providendum translatio in alium, ob negligentiam vel culpam illius, ad quem spectabat providere. Fit ob bonum Ecclesiæ, ne beneficia diu vacent, *Cap. 2. de concess. prælat.* *Cap. Licet, de suppl. neglig. prælat.*

561 §. II. Datur devolutio, I. Si intra tempus à jure præscriptum neglecta sit provisio: debet tamen probari scivisse eum, ad quem spectabat providere, potuisse & noluisse providere, *Lott. l. 2.*

q. 24.